

CANIS PER FLUVIUM CARNEM FERENS

FABVLA

Amittit merito proprium qui alienum adpetit.
Canis, per fluvium carnem cum ferret, natans
lymphtarum in speculo vidit simulacrum suum,
aliamque praedam ab altero ferri putans
eripere voluit; verum decepta aviditas
et quem tenebat ore dimisit cibum,
nec quem petebat adeo potuit tangere.

OPVS PRIMVM

Amittunt merito proprium **qui** alienum **adpetunt**.
Canes, per fluvium carnem cum **ferrent**, **natantes**
lymphtarum in speculo **vident** simulacrum suum,
aliamque praedam ab altero ferri **putantes**
eripere **volunt**; verum **deceptae aviditates**
et quem **tenent** ore **dimittunt** cibum,
nec quem **petunt** adeo **possunt** tangere.

OPVS SECVNDVM

Amisit merito proprium qui alienum **adpetivit**.
Canis, per fluvium carnem cum **tulisset**, natans
lymphtarum in speculo **vidit** simulacrum suum,
aliamque praedam ab altero ferri putans
eripere **voluit**; verum decepta aviditas
et quem **tenuit**¹ ore **dimisit** cibum,
nec quem **petivit**² adeo **potuit** tangere.

¹ sic scribimus ut opus faciamus. multo melius est forma prima: “quem **tenebat** ore **dimisit** cibum”.

² superiorem notam vide.